

4°

Glarean.

[Basel: Johann Froben 1516]


A B C D E F G H I J K
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com


L M N Focus O Balance Q R S T U V
12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z
VierFarbSelector Standard* - Euroskala Offset



ISAGOGE IN MVSICEN HENRICI GLAREA NI HELVETII POE. LAV.

e quibuſq; bonis au
thoribꝰ latinis & græcis ad
ſtudioſorũ utilitatẽ
multo labore
elaborata.

AD FALCONEM COSS.
VRBIS AVENTICENSIS.

PETRO FALCONI CONSVLI APVD FRIBVR-
GVM HELVETIORVM BONARVM
LITERARVM MECOENATI
HENRICVS GLA-
REANVS S.



CVm uiderem ætate noſtra, cæteras diſciplinas liberales non infeliciter toto paſſim orbe iam ἀναζωπυρεῖσθαι, Petre Falco, & meum, & patriæ commune decus, mirum unam Muſicen a nemine uindicari, præſertim omnium antiquiſſimam, & in tantum priſcis ſæculis in precio habitā, ut huius nomine omnis eruditio cenſeretur, & qui literas neſciret, ἄμουσος appellaret, & prorſus indoctus haberetur, qui Muſices eſſet rudis. Vt ne commemorem, quod Plato hanc adeo putat ad Rempub. pertinere, ut diligētiſſime de ea cauerit, tot eximij, tum apud Græcos, tum apud latinos philoſophi, ſumma cura de Muſica prodiderūt. Aggreſſus ſum igitur, & hanc ꝑ mea uirili priſtino ſplendori reſtituere, cōpoſita ex ꝓbatiſſimis autoribus Iſagoga, puſilla quidē illa, ſed non puſillo labore, quo noſtra qualicunq; induſtria, & bonæ ſpei iuuenes ad priſcæ ueræq; Muſices ſtudiū, & eruditos ad eandē pleniꝰ aſſerendam extimularē. Qua quidē in re, utinā tam dilucidus eſſem q̄ ſum breuis. Sed licebit alias eadē ſub incudem renouata, elimatiora reddere. Libuit interim hoc qualicūq; libello, nouo magis q̄ elaborato Falconi meo, feliciter e Syria reduci gratulari, præſertim id efflagitantibus iamdudum Scudis meis Petro & Valentino, una cū Hirudæo, quibus ob egregiam indolem nō illibenter gratificor. Bene Vale, Baſileæ. Anno Chriſti. M D XVI. ad Idus Maias.

QVID SIT MVSICA, ET QVAE MVSICO PERPENDENDA. CAPVT I



Vſicen ex noſtris, alij recte modulandi ſcientiam definiũt, alij artem concinnitatis in uocibus motibuſq; collocatã. Bacchius ſpeciem quandam meli, & eorũ quæ circa melos obuerſant̃. At Seuerinus libro. V. ca. I. Muſica eſt (inquit) facultas acutorum, & grauium ſonorum differẽtias, ſenſu & ratione perpẽdens. Quã definitionẽ, ſi diligẽter introſpexeris, uidebis propemodũ, & quid muſicus inquirat, hoc eſt circa qđ negociũ uerſetur, & q̃ pacto recte Pythagorici præcipiũt, nõ omne iudiciũ ſenſui, ſed nonnihil rationi quoq; permittendũ. Eſt em̃ Muſica de ſono & cõſonantia. Sonus uero abſq; pulſu & percuſſione minime reddit̃, pulſus atq; percuſſio nullo pacto eſſe poſſunt, niſi præceſſerit motus, & motuum quidẽ, alij ſunt uelociores, alij tardiores. Eorũdẽq; motuũ, alij ſunt rariores, alij ſpiſſiores, ex tardis itaq;, atq; raris motibus, graues fieri ſonos, neceſſe eſt, ex celeribus autem & ſpiſſis, acutos, id quod in neruis facile quis attendet. Ex quibus liquet, omnẽ ſonum quantitate aliqua conſiſtere, atq; ea quidem finita. Quantitas autem omnis rationem habet, plures igitur ſoni rationem ſiue collationẽ inter ſeſe habeant, oportet. Vt enim in numeris eſt, qđ hic abſolutus omni comparatione, tantum ut quid ſit, quæ ue illi accidant, inquiſitionem requirit, alter uero alteri compa

ratus,ut in utrisq; rationem,quam inter sese habent, inuestiges,exposcit. Ita sane & in sono. Possumus enim in hoc & simpliciter cõspicere,quemadmodum Physici faciunt, quid sit,quæ illi accidant, subinde uero cõferre hunc sonum cum illo,qua ratione inter sese constent, quod præcipuũ est musici negocium. Hinc enim & cõsonantiam, & dissonantiam metimur,& quorumlibet phthongorum naturam,& differentiam. Rationes autem sonorũ intelliguntur uel maxime secd'm acutum & graue. Omnis enim sonus alteri collatus, uel illi æqualis est, & tum nulla prorsus differentia accidit, uel inæqualis,hoc qd' bifariã accidit,nanq; uel maior sonus minori comparatur,aut contra,minor maiori, utrinq; uero quinq; enascuntur genera,quod in numeris quoq; ostendemus. Primũ enim genus multiplex est, dum maior numerus minorẽ numerũ habet in se totum, uel bis, ut duplum, uel ter,ut triplum,ac deinceps,nihilq; deest, nihil exuberat.

Secundũ genus est superparticulare, dum maior numerus minorem habet in se totum,& unam eius aliquam partem, puta uel dimidiam,ut in secupla,uel tertiã,ut in sesquitertia,& deinde in alijs. Tertiũ genus superpartiens dictum,dum maior numerus minorẽ in se continet, atq; eius partes aliquas,si duas,superbipartiens,ut. 5 .ad tria, si treis, supertripartiens uocabitur,ut. 7 .ad. 4 .& in cæteris eodem modo. Quartũ genus ex multiplici,& suppartictulari conflatum est,dum maior numerus habet in se minorẽ uel bis, uel ter,uel quotiesslibet,atq; eius unam aliquam partem , ut quinq; ad duo,septẽ ad tria. Quintũ genus ex multiplici, & superpartienti coniunctum est,dum maior numerus,minorem in se habet totum plusq; semel, & eius plusq; unam

aliquã

aliquam partem, ut. 8. ad. 3. siue undecim ad. 3. Sed de his longius euagari non est nostri negocij, apud Seuerinũ autem multis capitibus & diligẽter, & ingeniose tractatũ est. Proinde & in sonis nonnulla exempla adferamus. Si enim soni inæquales cõferantur, necesse est unum altero esse acutiorem. Idq; uel duplo, ut in διὰ πασῶν, uel triplo, ut in diapente cum diapason, uel quadruplo, ut in δὶς διὰ πασῶν, quã consonantiam egredi non patiuntur eruditorum aures, ut recte disputat de δὶς διὰ πασῶν Erasmus parẽs ac præceptor noster, & immortale Belgarũ sydus, uel sesquiplo, ut in διὰ πέντε, uel supertertio, ut in διὰ τεσσάρων, id qđ non modo in proportionum generibus aduertere licet, sed etiam in ponderibus, quæ non dissimili modo, sese grauitate & leuitate superant. In instrumẽtis quoq; musicis, ut uocant, uidemus magnitudinẽ nonnihil ad rem facere, magna siquidem instrumenta, sonum magnum, parua, exiguum edunt. Hac igitur, qua diximus, ratione musicus sonum consyderat, ad quod negocium numero potissimũ utitur, tanq̃ instrumento quodam, sine quo hæc minuta comprehendere minime queat. Non est autem quod musicus inquirit, numerus. Sed sonus potius, cuius rationem per numerum cognoscimus. Nec me latet, q̃ belle dicant ij, qui Musices obiectũ (ut cum illis loquar) numerum sonorum esse putant, cum quid loquantur, non facile intelligunt, tum qđ pugnantia dicunt. Quasi uero quod quæritur aurum, nihil a ligone diuersum concludant. Sed esto bene dicant, nolo ego iuuentutem his nænijs, plusq̃ puerilibus, seduci. Id unum adiunxerimus, mathematicis sciẽtijs, quæ tam certæ sunt, q̃ quæ certissima, nihil æque nocere, q̃ sophisticas illas, ac plane stultas captiunculas

ptiunculas,ac perinde nihil æque fugiendum huiusmodi disciplinarū studioso,ꝙ grippos illos insolubiles,quibus ipsa ueritas inuoluit, ac nunq̄ eruitur,quibus certissima,obscurissima fiunt. Cæterū ad institutū nostrū hoc quoq; annotandum, Pythagoricū hoc præceptū,quo admonemur consonantias ipsas auribꝰ esse explorandas, quibꝰ uero inter se distantijs differant, rationi esse cōmittendū, hoc idē ipsum Seuerini definitionē argute explicare. Sed hæc de generali huius sciētiæ negocio. Nunc uero(cū ꝓ iuuētute hæc elaborauerimꝰ) minutiora quædā tractabimꝰ. Necessum siquidē est,& nostro nōnihil inseruire sæculo,qđq; usus iam multis annis obseruarit,nō modo nō reijcere,sed diligēter, ne usus penitus in abusum declinet,docere. Primo igit̄ pueri sciant, sex esse uocum signa, in cōmunē usum iam oīm cōsensu admissa,hæc uidelicet,ut re mi fa sol la. Quibꝰ apte uoces ipsas exprimimꝰ,quæ idcirco forsitan tenenda,ꝙ recepta sunt,nō autē ꝙ alia accipi nō poterāt,necessum eñ erat aliqua usurpare. Ex his autē,ut re, graues uocant,la sol,acutas, & mi fa, medias,hoc sane certū ut re mi,inferiores esse,fa sol la,superiores. Cum autē apud priscos Musicos tria fuerint modulandi genera. Vnum Diatonicū, quod hemitonio minore, tono ac tono incedit hoc modo.

Diatonicum genus.

Ratio sesquitertia — diatessaron

2304		Nete hyperbolæon.
	Tonus.	
2592		Paranete hypbolæon
	Tonus.	
2916		Trite hyperbolæon
	Hemitonium minus.	
3072		Nete diezeugmenō

Alterū Chromaticum,quod semitonio minore, semitonio maiore,ac tribꝰ semitonijs,siue qđ idē est,semiditono con-

stat,

ſtat,ad hunc modũ. Chromaticum.

Ratio ſeſquitertia — diateſſaron

2304		Nete hyperbolæon
	Semiditonus	
2748		Paranete hyperbolæon
	Hemitonium maius	
2916		Trite hyperbolæon
	Hemitonium minus	
3072		Nete diezeugme.

Tertiũ Enharmonicũ qđ ex dieſi ac dieſi,& duobꝰ tonis cõflat̃,ſiue illas dieſes diaſchiſmata appelles,de quibꝰ infra copioſius dicturi ſumus. Huius eſt hoc exemplum.

Enharmonium.

Ratio ſeſquitertia — diateſſaron

2304		Nete hyperbolæon
	Ditonus	
2916		Paranete hyperbolæon
	Diaſchiſma	
2994		Trite hyperbolæon
	Diaſchiſma	
3072		Nete diezeugme.

Noſtra tñ ætate duo poſteriora genera interciderunt uſui muſicorũ,ſoloq; priore genere utimur, qđ Guido,quicũq; tandẽ is fuerit, muſicũ certe haud quaq; indoctũ cõſtat, in ſcalã q̃ndã, quã rudes q̊q; meminiſſe abſq; magno labore poterant,& docte & prudenter diſpoſuit. Ab hac ſane totũ muſices negociũ dependet,huc oĩa facillime referri queunt. Nos igit̃ ut incipiẽtibꝰ etiã prodeſſemꝰ, nõ ſolũ ipſam formã, ſed eiꝰ q̊q; explanationẽ ſubiũximꝰ. Græca uero noĩa iuuenes ſtudioſi ediſcant admoneo, niſi em̃, q́ſquis es huiꝰ ſciẽtiæ tyrunculus,hæc noĩa memoria teneas, fruſtraad ueram muſicen acceſſiſti. Quid igit̃ eſt, cur noſtra ætate tam pauci ſint muſici,magnũ uero Cãtorũ uulgus?nẽpe q; pauci græce ſciant, q̃q̃ nec hoc ſolũ quidẽ hic expeto,ſed & ut Abaci,numeriq; ſis peritꝰ,tũ ſi citharã q̊q; pulſare noueris, non leuẽ,ut ipſe ego puto,adijcies huic negocio calculũ.Eſt aũt hmõi ſcala, q̃ ſequit̃, Guidonis,quã Franchinꝰ q̊q; Laudenſis,nõ pœnitẽdus muſicꝰab initio ſuæ Muſices poſuit.

	1536	ee		la		
			to nus			
	1728	dd		la sol		
			to nus			
	1944	cc		sol fa		
			ſe mitoniū minus			
	2048	♮♮		mi		
			ap otome ſiue ſemi.ma			
	2187	bb		fa		
			ſe mitoniū mi.			
νήτη ὑπερβολαίων	2304	aa		la mi re		
			to			
παρανήτη ὑπερβολαίων	2592	g		sol re ut		
			to			
τρίτη ὑπερβολαίων	2916	f		fa ut		
			ſe			
νήτη διεζευγμένων	3072	e		la mi		
			to			
παρανήτη διεζευγμ.	3456	d		la sol re	3456	νήτη συνημμένων
			to			
τρίτη διεζευγμένων	3888	c		sol fa ut	3888	παρανήτη συνημμέν
			ſe			
παραμέση	4096	♮		mi		
			ap			
	4374	b		fa	4374	τρίτη συνημμένων
			ſe			
ΜΕΣΗ	4608	a		la mi re	4608	μέση
			to			
λιχανὸς μέσων	5184	G		sol re ut		
			to			
παρυπάτη μέσων	5832	F		fa ut		
			ſe			
ὑπάτη μέσων	6144	E		la mi		
			to			
λιχανὸς ὑπάτων	6912	D		sol re		
			to			
παρυπάτη ὑπάτων	7776	C		fa ut		
			ſe			
ὑπάτη ὑπάτων	8192	B		mi		
			to			
προσλαμβανόμενος	9216	A		re		
			to			
	10368	Γ		ut		

QVAE IN INTRODVCTORIO GVIDONIS NOTANDA, ATQVE INIBI DE QVINQVE TETRACHORDIS ET CHORDARVM INTERVALLIS.

CA. II

ANte om̄ia Guido, ne immemor eſſet Lector, quicquid huius ſcientiæ eſt, ut cætera, totum hoc a græcis mutuo nos accepiſſe, græca chordarum nomina ponit, de quibus Diuus Seuerinus abunde li. 1. ca. xx. quot ſint, qua ratione additæ, atq; auctæ, pertractat. Adeo enim quondam rude erat huius ſcientiæ principium, ut quatuor duntaxat chordis conſtaret totum harmoniæ corpus, idq; tetrachordon appellabant. Deinde paulatim in hexachordon, heptachordon, octochordon, enneachordon, decachordon, endecachordon, & deniq; in decem & quatuor chordas excreuit, poſtremus uero προσλαμβανόμενος acceptus eſt neruus, unde & nomen accepit. Diuiſio tam̄e chordarum in tetrachorda, hactenus manſit. Sunt igitur in hac quidem chordarum ſerie quinq; tetrachorda, in quibus omnibus extremorū neruorum διὰ τεσσάρων ſymphoniam ſonantium ratio eſt ſeſquitertia. De quibus Seuerinus li. 4. late in omnibus generibus modulandi diſſerit. Primum eſt ὑπάτων, id eſt, primarum, uel ut Albinus apud Seuerinū exponit principalium. Et huic ſunt hæ quatuor chordæ ὑπάτη ὑπάτων. παρυπάτη ὑπάτων. λιχανὸς ὑπάτων & ὑπάτη μεσῶν. Secundum eſt tetrachordum τῶν μεσῶν, id eſt mediarum, habetq; quatuor chordas has

ὑπάτην μέσων. παρυπάτην μέσων. λιχανὸν μέσων. & μέσην. Atqui omnia tetrachorda diatonica hemitonium imum habent primo loco. μέση uero & παραμέση, tono distant, non hemitonio. Hinc διεζευγμένων καὶ συνημμένων, hoc est, disiunctarum & connodatorum, aut, si mauis, conuexorum, duo tetrachorda nata sunt. Tertium igitur tetrachordum est συνημμένων, comprehenditq; quatuor chordas. μέσην, τρίτην συνημμένων, παρανήτην συνημμένων, & νήτην συνημμένων. Quartũ uero τῶν διεζευγμένων, cuius sunt chordæ, παραμέση, τρίτη διεζευγμένων, παρανήτη διεζευγμένων, & νήτη διεζευγμένων.

Quintum deniq; ὑπερβολαίων, eius hæ sunt chordæ. νήτη διεζευγμένων. τρίτη ὑπερβολαίων, παρανήτη ὑπερβολαίων. & νήτη ὑπερβολαίων. Hactenus de quinq; tetrachordis, quibus si ad formam positam pauloantea addas προσλαμβανόμενον, erit totus ordo, dis diapason, cuius media chorda μέση est, in ratione quadrupla systematum longissimum, quod ita symphoniarum ambitum concludit, ut finem ijs ipsis imponat, neq; hanc egredi, facile permittunt doctiorum aures. Reliqua interualla, posteaq; & qualia, & quanta sint, docuerimus, nullo negocio perdiscentur. Cæterum numerus quoq; hic adiectus est chordis, qui rationẽ omnis dimensionis continet. Nam προσλαμβανόμενον ad μέσην duplam habere proportionem numeri 9216 & 4608 demõstrant, & eandem esse rationem μέσης ad νήτην ὑπερβολαίων, hi numeri 4608 & 2304 ostendunt. Quæ ut frustra doctis insonant aurib9, quod notissima sunt, Arithmeticæ non ignaro, ita indoctis quoq; male tinniunt, quod ea minime intelligant, itaq; necessum habemus & rudibus nonnihil hoc in negocio consulere. Et primum per literas ducendam iuuentutẽ putamus.

Sunt

Sunt enim ſeptem literæ (quas & claues & phthongorum regiones, uocumq; loca appellant) ſubſtantia diſtinctæ, per repetitioné uero in uniuerſum uiginti fiunt, quas iuniores, cum uocibus hoc modo exprimunt. Γ ut, A re, B mi, C fa ut, D ſol re, E la mi, F fa ut, G ſol re ut, a la mi re, b fa ♮ mi, c ſol fa ut, d la ſol re, e la mi, f fa ut, g ſol re ut, aa la mi re, bb fa ♮ mi, cc ſol fa, dd la ſol, ee la. Et ut ab infimis quoq; ordiamur, Γ, literam græcam in pede poſuerunt, ut nemo tantam obliuioné animo ſuo induceret, dixiſſem ferme audacius, nemo tam eſſet ingratus græcis muſis, ut hanc ſcientiam ab illis eſſe neſciret. Deinde ſequuntur literæ ſeptem ordine A B C D E F G, quas maiores ideo libenter pinxerunt ut eſſet, quo a ſequentibus ſeptem, a b c d e f g diſtinguerent̃, hæ eñ perexiguæ adſcribunt̃, hinc & eam ob cauſam, ſequentes numero quinq; aa. bb. cc. dd. ee. geminæ appoſitæ ſunt, atq; hic eſt literarum ordo, in quo b fa ♮ mi pro una duntaxat claue numerata eſt, cum tamen natura ſint duæ, ſed in cantu unam ſolum ponere nõ caret ratione. At de hac infra copioſius dicturi ſumus. Vſus uero iuniorũ obtinuit, ut litera, a proxima diſtare dicatur ſecũdo, a tertia tertio, a quarta quarto, Ac deinceps eodem modo, & in uniuerſum litera a litera eiuſdẽ formæ proxima, octauo. quemadmodum A ab a. C a c. Proinde & regulam quandam non tam ineruditam, q̃ forſitan uidebitur alicui, adiunxerunt. Eſt autem huiuſmodi, de octauis idem eſſe iudicium, quod & ad uoces, & naturam cantus referendum eſt, ut eñ in a exiguo la mi re, tres ſunt uoces, ita eodem certe modo, in aa geminato, & in A maiore. hæc eadem in G g & Γ ſeſe habent. Γ ut enim eiuſdem eſt naturæ cum g ac G, eaſdem

igit̃ & uoces ſol, re, ut, habeat, oportet. Quæ & ipſæ, ſi opꝰ eſt, citra licentiam accõmodari poſſunt. Inde & cautionem hanc adiungunt, ſi extra literas huius ſcalæ uel in imo uel in ſupremo loco uox aliqua expatietur, oportere illam ad octauum referre. Vt ſi notula infra r ut ſeſe obtulerit, ea eſt uel fa, uel ut, quod ex octauo F faut pernotat̃ q; facillime. Neq; has uoces imperitorum uulgus recte fictas appellat, ſicut neq; eas, quæ non in ſuis locis, ut iam diximus, ſed in octauis reperiuntur, quemadmodum mi, in A magno, aut re, in r. Cum fictæ uoces duntaxat eæ ſint, quæ nec in locis ijs ſunt, ubi uſu eueniunt ſæpe, ſed neq; in octauis, quo certe modo in E magno fa, aut in F mi, uoces fictas recte dixeris. Guido uero cum hanc formam nõ latiorem deſcriberet, reſpexit tum ad hoc, quod uox naturalis ac proinde humana, ſuis limitibus concluſa eſt, tum etiam quod cantilenæ, cuiuſcũq; toni, ſiue tropi ſint, intra hos fines, quos ipſe præſcripſit, facillime comprehenduntur. In inſtrumentis uero muſicis, quẽadmodũ Guido græcæ ſcalæ, chordam unam infra, ſupra uero quatuor adiecit, ita & Guidonico huic organo, alias adijcere chordas, ea qua diximus lege, utiq; licebit. Primum igitur erit, ut iuuenes, his uocum locis plurimũ aſſueſcant, alia nullo negocio etiam ludentes intellecturi, hoc quod ad illum modum dictum putes, ne mi, putent ubi fa, aut contra fa, ubi mi cantandum.

DE VOCVM PERMVTATIONIBVS. CA. III



Nter cætera quæ præcedenti capite diximus, & hoc admonendum erat, ſeptem uocum hexachorda Guidonem inſtituiſſe, hoc eſt, ut planius dicã, ſepties ut, re, mi, fa, ſol, la, quæ tamẽ

ita ordine

ita ordine posuit, ut & ascensu descẽsuq; sese mutuo leuent, & ut uoces eiusdem naturæ, hoc est, duræ cum duris, & molles cum mollibus æquatissime cõueniant, quemadmodum primum hexachordum quod in r principium habet, leuat a secundo hexachordo, quod in C magno exorditur. Necesse igitur in his fieri permutationẽ, si nõ uocum, signorũ tamẽ ut, re, mi, fa, sol, la, haud dubiam, estq; hæc permutatio sine intensione & remissione uocum, nisi forsitan in b claue, mi in fa, aut contra fa, in mi Apotomes interuallo permutetur. Sic nanq; intensio ac remissio earum chordarum fieret, quandoquidem non æque eæ uoces cõueniunt, quod postea diligẽtius docebimus. Eam igitur permutationem, quomodo fieri necessum habeat, profusissime nostra ætate docent male musici, tot inuolucris, tot curiosis præceptiunculis, ut æditurí ne sint oraculum, an explanaturi, uix intelligas. Ad hunc enim modum per distinctionem ordiuntur. Clauium, inquiunt, quædam habent unam uocem, & in his nulla fit mutatio, quædam duas, & in ijs duæ obueniunt permutationes, quædam uero tres, & in illis sex fiunt uariationes. Sic illi. Quasi uero permutationẽ nesciat adeo imperitus quis, nunq̃ nõ nisi in duobus esse. Deinde si duæ illic, ob rationem octaui, eueniant uoces, hac regula scilicet præscripserint nouam legem, illic nullam fieri permutationem? Quid autem stultius q̃ si a r ascendat quis in F magnum, cum ad E deuentum sit, quærere, in quam uocem la mutet, cum nulla alia adsit q̃ mi? Eodemq; modo in descensu ab F magno ad r, cum ad C magnum uentum sit, tũ quærere in quam uocem, ut, mutes, cum nulla alia sit q̃ fa? Postremo de clauibus quæ tres sibi uoces adsciscũt, uide q̃

friuole doceant,sex mutationes tot nodis (dicere uolui modis) ut facilius interim canere optime, ne dicam mutare per discas. Sane unica cautione hoc docere poterant, nullo etiã labore,respiciendam scilicet esse b clauem, in ea certe totũ negocium uerti,multum enim referre mi an fa ibi cantandum.Proinde solere musicos b literulã tenuem ac exilem adpingere,quoties ea clauis fa habeat, quoties uero mi, nihil apponere consuesse.Hoc interim pro rudibus satis erat. Q, si dicas, fieri posse ut codex erret, neq; ego hoc inficias eo.Id aũt non antea cognoscere licebit,q̃ de tonis aut tropis cognoscẽdis auditiunculam fecerit quispiam. Hoc nãq; cõfessum,omes tonos in b claue mi habere, exceptis quinto & sexto,qui frequenter (ut nostra tempestate musici cantilenas edunt) fa in ea exposcunt,nisi speciatim qualitatũ, ut sæpe fit,permutatio utrinq; accidat,quod in his b duro, in illis b molli,ita enim loquuntur,signant. Verum hæc usu potius q̃ multis regulis pernoscuntur. Dicere uero,cuius toni hic uel ille sit cantus, non est eius qui de permutationibus, sed qui de ipsis tonis differit,docere, quare postea locus de his magis opportunus.Sed & hoc adijcimus,nõnunq̃ nullam fieri mutationem in lõgis saltibus, solum uero rapi uocem,ut est ex mi in mi,ex fa in fa, præsertim in diapente & diapason.Cæterum parum me mouebit ea, quam ponunt inter mutationem & permutationem,differẽtia,multo etiã minus, tot mutationis genera qualitatis & quantitatis, deinde proprietatum & deductionum nescio quæ portenta, adde his propiora,de triplici cantu,naturali uidelicet, molli & duro, aut triplici hexachordorũ distinctione in easdem proprietates,Neq; enim omnis cantus,cui mi est in b claue, durus

durus eſt, neq; cui fa, omnis ille mollis recte dicitur. Præſtiterit forſan dicere hexachordum aliquod eſſe coniunctũ, quod fa habeat in b claue. quemadmodum tertium & ſextum, quoddam disiunctum, quod ſcilicet mi habeat in eadem claue. quemadmodum primũ, quartũ & ſeptimũ. Poſtremo quoddã quaſi permanẽs, quod, b, clauem nunq; attingit, ut ſunt ſecundum & quintum. Interim, quod naturam ſpectat, admonendi ſunt tyrunculi huius negocij, bonis cantilenis, iiſdemq; ingenioſis aſſueſcant. Si enim tales euadimus ipſi, quales ij ſunt cum quibus noſtra conuerſatio eſt quotidiana, nimirum & idipſum in cantionibus contingit, in quibus tantũ artificij eſt, ut putem, nuſq; alibi uel efficacius uel perfectius, aut affectus aut ingenia oſtendi. Aſſueſcim9 autem tum cantilenis bene, cum belle naturam earum exprimimus, cum affectuum loca imitari diſcimus. Sed de his ſatis ſuperq; ſatis euagati ſumus.

DE INTERVALLIS ET CONSONANTIIS. CA. IIII.

ALia ſane, ut hoc ab initio obiter dicamus, communis iam eſt intercapedinum ſiue interuallorum appellatio, alia apud priſci ſæculi muſicos fuit, utranq; tamen dicere conabimur, noſtro quoq; tempori nonnihil inſeruientes. Iuniores igitur quindecim interualla ponentes, hoc more definiunt.

Vniſonus, inquiunt, eſt quãdo in eadem claue eadem uox iterum atq; iterum repetit̃, quemadmodũ ut ut ut, re re re, forte autem eam ob cauſam, cum non ſit, interuallum dicitur, qua ratione unitas numerus apud Arithmeticos.

Tonus, ſecũdũ perfectum, de notula in notulam proximam. quemadmodum

quemadmodũ ex ut, in re, ex re in mi, demptis duntaxat, mi, fa, ſimul iunctis, quæ tamen cum alijs notis ſurſum ac deorſum connexæ, tonum conſtituunt.

Semitoniũ, ſecundũ imperfectũ, ſolum tamen ex mi in fa proximũ. Eſt autem hic ſermo de minore ſemitonio, quandoquidem, ut ex prioribus colliges, ſemitonium maius ad genus diatonicum ineptum eſt.

Ditonus, tertium perfectum, ex duobus tonis conflatum, eius duæ ſunt ſpecies, ex ut in mi, & ex fa in la.

Semiditonus, tertiũ imperfectũ, ex tono & hemitonio, eius ſimiliter duæ ſunt ſpecies, ex re in fa, & ex mi in ſol.

Tritonus, quartum durum, ex tribus tonis, nil prorſus ſymphoniæ habens ex F ad mi, in b claue.

Diateſſaron, quartũ aptũ, ex duob⁹ tonis & hemitonio minore, eius ſunt tres ſpecies, ex ut in fa, ex re in ſol, ex mi in la. Hanc cõſonantiam habent in extremis chordis omnia meli muſici genera. ſed medias chordas nõ ſemper eadẽ ratione.

Diapente, quintũ perfectũ, ex tribus tonis & hemitonio minore, cuius quatuor ſunt ſpecies, ut ſol, re la, mi mi, & fa fa.

Semidiapente, quintũ imperfectũ, ex duob⁹ tonis totidẽq; hemitonijs minoribus, quemadmodum ex B magno in F magnum, frequẽtius in cantilenis menſuralibus, ut uocant, præſertim in ſuprema uoce ex fa in bb, ad mi, quod in e exiguo eſt, alioqui ſymphoniæ ineptum.

Tonus cum diapente (ita enim & in ſequẽtibus duobus nominibus unum Interuallum nominant) ſextum perfectum, ex quatuor tonis, & hemitonio minore, quemadmodum ut la, ex г ad E magnum.

Semitonium cum diapẽte, ſextum imperfectum ex tribus

tonis, & duobus hemitonijs minoribus, quemadmodum mi, fa, ex E ad c.

Ditonus cum diapente, ſeptimũ perfectum, ex tonis quinq; & hemitonio minore, quẽadmodũ ut, mi, ex C ad mi in b. Semiditonus cum diapente, ſeptimũ imperfectum, ex quatuor tonis & duobus hemitonijs minoribꝰ, ueluti ex E ad d. Diapaſon octauum integrum, ex quinq; tonis & duobus hemitonijs minoribus, cuius ſeptem ſunt ſpecies, uelut ex ſeptem literis maioribus ad ſeptem minores. Omne ſiquidem interuallum, unam ſemper minus habet ſpeciem ꝗ; ſit numerus phthongorũ. Quemadmodum diateſſaron, cum numerus ipſius ſit quatuor uocum, eius ſpecies tres ſunt, & diapente, cum habeat quinq; neruos, quatuor duntaxat ſpecies habet, ita in diapaſon chordarum numerus octonarius eſt, ſpecierum ſeptenarius. Cuius negocij exemplum (quoniam ad rem facit, poſteaꝗ; de tonis ſermo erit) in lineis ꝑ diateſſaron, diapente, & diapaſon ſpeciebus, tale adpingere ſolent, quo modo & Franchinus egit.



Tres diateſ. ſpecies. Quatuor diapente ſpecies. Septẽ diapaſon ſpecies.

Si autem maiores ꝗ; diapaſon obueniant intercapedines, ad hunc modum componunt, quo priora compoſita uides nõnulla interualla, ut nonum perfectum dicant, tonũ cum diapaſon, nonũ uero imperfectũ, ſemitoniũ cum diapaſon,


& de reliquis eodem modo uſq; diſdiapaſon, quã qui caute agunt, nõ tranſiliunt. Ex his quoq; interuallis, hæc perfecte, illa imperfecte conſonant, alia prorſus diſſonant. Cuius generalem typum talem adpingere conſueuere.



Quinq; conſonantiæ pfectæ. Quatuor cõſonantiæ imperfectæ. Sex diſſonantiæ.

Ad hunc igitur modum, hi Tragœdiam ſuam abſoluunt, quam ut non prorſus friuolam, ita nec omnino abſolutam iudico. Habet enim quæ belle dicta ſunt de conſonantiarũ ſpeciebus, habet & rurſus quæ odioſe inculcata uidentur de tot interuallorum formis, & nono conſonantiarum ordine. Quanq̃ & nos rem hanc minuim⁹, addunt enim inter conſonantias nonnulli temere magis q̃ caute diapente cum diſdiapaſon, & ditonũ cum diſdiapaſon, quarũ poſteriorẽ utcunq; tolerandam puto. Nam & haud pœnitendi muſici eam in ſuas cantiones frequẽter adſciſcunt, priorem autem difficulter admiſerim, maiuſq; erratum iudico, q̃ quod dignum uenia iudicẽ. Sed, & hæc, & quod magis miror, tonus cum diapente, & diſdiapaſon a Petro Platenſi ſymphoniſta doctiſſimo nonnunq̃ uſurpatæ ſunt, magis forſitan ut uoces excelſiſſimæ luderent, q̃ belle conſonarent. Sed hæc hactenus. Priſca uero obſeruatio cum caſta omnia eſſent, nec tot adulterinis iucunditatibus, dixiſſem libentius leuitatibus, obuoluta, q̃ paucis cõſonantijs uſa ſit, uel ex hoc potiſſimum

tiſſimum coniicimus, quod uix ultra ſex cõſonantias unam inuenies apud celebres ſcriptores nominatam. Et cum illi de conſonantiarum ordine diſceptant, non niſi quinq; enumerant, ut uidere quis poterit apud Seuerinum libro ſecundo, capitulo decimoſexto, & duobus ſequentibus capitibus. Nos utcunq; de ratione harum, pauca hæc dicere ſtatuimus pythagoreum ordinem ſequentes, illi enim diapaſon omnium conſonantiarum primam dicebant, & in dupla ratione, uelut duodecima ad ſextam, uel uigeſimaquarta ad duodecimam. Diapente uero cum diapaſon in tripla, ut decimaoctaua ad ſextam, uel uigeſimaquarta ad octauam. Diſdiapaſon in ratione quadrupla, ut uigeſimaquarta ad ſextam. Deinde & diapẽte in ſeſquipla, ut nona ad ſextam, duodecima ad octauam, uel decimaoctaua ad duodecimã, uigeſimaquarta ad decimamſextam. Et diateſſaron in ſeſquitertia, uelut octaua ad ſextam, duodecima ad nonam, uel decimaſexta ad duodecimam, uigeſimaquarta ad decimamoctauam. Tonus uero noſtra ætate prorſus e conſonantiarum cœtu, neſcio quo commiſſo flagitio, ſemotus in ratione ſeſquioctaua eſt. At nolim anxius eſſe de tono & eius exilio, ſi hoc non & diateſſaron minus digne acciderit, nimirum & in illa eadem non cõueniunt Pythagoricorũ & Ptolemæi ſentimenta. Illi enim diateſſaron inter conſonantias ponunt, negant tamen cum diapaſon conſonare, qua in re eos iure increpat Ptolemæus. Vide Seuerinum libro quinto, capitulo octauo. Noſtra ætate, diateſſaron amat ſub ſe diapente, aut ditonum, ita enim frequenter a noſtris Symphoniſtis uſurpatur. Sed huius negocii, is eſt typus.



QVID PHTHONGVS, INTERVALLVM, ET CONCINENTIA. CAPVT V.

SEuerinus libro primo. Phthongus, inquit, est uocis casus emmeles, id est, aptus melo in unã intensionẽ. Alij Phthongum definiunt unam quandam partem minimam meli. Alij nerui unius certum quendam strepitum, nonnulli sonum, unum & eundem tenentem tonum, ut Ptolemæus. Sane sicut numeri, unitas. lineæ, punctum. & momentum, temporis. ita harmoniæ principiũ est Phthongus, uox quidẽ indiuidua,


elementorum

elementorum hoc in negocio fungens uicem, ex quo omne melos constat, & in quē resoluitur. Emmeles uero phthongi sunt, qui inuicem copulati, uocem reddunt auribus aptam, quod si contra, ecmeles uocant̃. Interuallum uero est soni acuti grauisq; distantia, definitore Seuerino. Et Consonantia apud eundem definitur, acuti soni, grauisq; mixtura, suauiter, uniformiterq; auribus accidens. Alibi autem Consonantia, inquit, est dissimilium inter se uocum in unum redacta concordia. Sunt qui putent Seuerinum, illic Platoni, hic uero Nicomacho arrisisse. Plato enim hoc modo fieri in aure consonantiam dicit. Necesse est, inquit, uelociorē quidem esse acutiorem sonum, hic igitur cum grauem præcesserit, in aurem celer ingreditur, & iam lassior factus, quasi pulsus, iterato motu reuertit̃ grauior, & proinde cum graui mixtus similis occurrit, unamq; consonantiam miscet. Sed id Nicomachus non arbitratur dictum ueraciter. Neq; em̃ similium esse consonantiam, sed dissimiliũ potius, in unum eandemq; consonantiam uenientium, grauis uero graui si misceatur, nullam facere consonantiã, quoniã hanc phthongorum concordiam similitudo non efficit, sed dissimilitudo. At sic ipse consonantiarum naturam inuestigat. Si nanq; duo nerui dissimiles pulsantur, soni illi sibi obuiam fiunt, quod si commensurabiles fuerint, hæc ipsa cõmensuratio sibimet miscetur, unamq; uocum consonantiam facit. Dum uero incommensurabiles, & simul pulsi, sibi quisq; ire cupit, tum dissonantiam fieri necesse est. Hinc & dissonantiam definit Seuerinus. Dissonantia, inquit, est duorum sonorũ sibimet permixtorũ ad aurem ueniens, aspera atq; iniucunda percussio. Nam dum sibimet misceri nolunt, & quodammodo

integer uterq; nititur peruenire, cunq; alter alteri officit, ad sensum uterq; insuauiter transmittitur.

DE TONI PARTITIONE. CA. VI

ERit fortasse non inutile & de toni interuallis quippiam adducere, quo Isagoge nostra instructior prodeat, quæ tamē si quis exactius, q̄ꝫ ut nostrū institutū patitur, noscere uolet, adeat Seuerini tertium librū, nobis hæc dixisse abunde sat est. Et primū quidē tanq̄ꝫ concessum, longeq; demonstratū apud musicos, memoria tenendū, nullam superparticularē habitudinē noto numero diuidi posse in integrā medietatē, hoc est, inter duos numeros superparticularis rationis, nullum mediū posse dari, qui ad minorē cōparatus, eam habeat rationē, quā collat⁹ maiori, & proinde neq; tonū in duo æque diuidi, sed in maius & minus hemitoniū, quorū hoc quidē diesis siue limma, illud apotome nomīat̄. Rursus diesim in æquas duas partes secari, q̄ diaschismata uocant̄, excessum deniq; q̊ mai⁹ semitoniū, min⁹ uincit, cōma dici, diuidiq; in duas q̊q; ꝑtes q̄ schismata appellant̄. Hæc apud Seuerinū Philolaus disserit, atq; has definitiōes subnectit. Diesis, inq̄t est spaciū, q̊ maior est sesquitertia proportio duobus tonis. Cōma uero est spaciū, q̊ maior est sesquioctaua proportio duab⁹ diesib⁹. i. duob⁹ hemitonijs minorib⁹. Schisma est dimidiū cōmatis. Diaschisma ꝟo dimidiū dieseos. i. semitonij minoris. Aduertēdū tñ dieseos appellationē, hic nō coueni re cū ea qua supra dixim⁹, enharmoniū genus diesi, ac diesi & ditono cōstare, illic em̄ diesis pro hemitonij minoris medietate ponit̄, qđ diaschisma uocat̄, hic uero a Philolao ꝑ ipso hemitonio minore. Huius negocij hic est typus.



Sit. a . b .tonus in ſeſquioctaua ratione, duæ eius partes in-
æquales.a.f.ſemitoniũ maius ſiue apotome.f.b.uero ſemi-
tonium minꝰ ſiue dieſis. Aut cõtra.a.d.ſemitoniũ minus,&
d.b.ſemitonium maius.a.c. uero &.c.d.diaſchiſmata partes
æquales dieſeos. a. d. ſicut.f. g. &. g. b.dieſeos.f.b.Comma
deniq;, q̃ maius ſemitoniũ excedit minꝰ,eſt.d.f.cuius partes
æquales, ſchiſmata inquam, ſunt.d. e. &.e. f. Et ut ad noſtrũ
q̊q; uſum hæc trahamꝰ, ſit.b. μέση ſiue a la mi re.f. uero τρίτη
συνημμένων, ſiue. fa,in.b.claue. Deinde. a. ſit παραμέση, uel mi,
in.b.claue. Vox igit̃ re,in a la mi re,a fa,in.b.claue, diſtat he-
mitonio minore, ab mi, autẽ in.b.claue,tono . Hoc ergo idẽ
fa,in b.claue,a ſuo mi,in eadẽ claue, diſtat hemitonio maio
re,plus igit̃ diſtant inter ſeſe fa,& mi,in.b.claue eadẽ, q̃ uel

hoc a fa,

hoc a fa, in c sol fa ut, uel illud a mi, in a la mi re. Idcirco nonnihil difficultatis habet huiusmodi theoria, aut inspectio, quā tamē facile is intelliget, & quē laboris ꝑ acquirenda disciplina nō piget, & cui nō omnino stupidū ingeniū.

DE MODIS MVSICIS. CA. VII




Modi musici, qui & toni & tropi dicuntur, ait Seuerinus li. 4. ca. 14. ex διὰ πασῶν consonantiæ speciebus existunt. Iidem systemata, & constitutiones dici possunt. Est enim Systema plenū ueluti modulationis corpus, ex consonantiarū cōiunctione consistens, quale est diapason uel diapente, diatessaron uel diapason. Diapason nanq; est systema a proslambanomene in mesen, cæteris, quæ sunt mediæ, uocibus annumeratis, uel a mese rursus in neten hyperbolæon, cum uocibus interiectis. Disdiapason autem a proslambanomene in neten hyperbolæon, cum his quæ in medio sunt interiectæ, & de reliquis eodem modo, ut ex introductorio facile quis consyderabit. Diapason igitur septem species, siue cōstitutiones, si quis totas faciat acutiores, uel in grauius totas remittat, septem efficiet modos. Quorū nomina sunt Hypodorius, Hypophrygius, Hypolydius, Dorius, Phrygius, Lydius, ac Mixolydius. Verum cum hæc scriberem, uideremq; nec nobis plane constare, quo modo antiqui his usi sint, deinde quæ nostro tempore celebrantur, nō modo plurima aliena esse, sed nonnunq̄ diuersa, non facile dictu est, q̄ inuitus calamo indulserim. Sed fortassis erit, quod pro me causer, cum quod ignoro, ingenue nescire me dicam, id quod docti non illibenter faciunt. Deinde cum potius aliorum opiniones referam, q̄ meam, nonnihil etiā eorū quæ quotidianus

usus doctorũ musicorũ habet, studiose doceam⁹, nõ est q̃d mihi succenseri debeat, si nõ sublimia dixisse uidebor, præsertim cum Isagogen scriberemus. Proinde si mihi licere putarem, quod plærique facere cõsueuere, omnia scilicet effutire, quæ in buccam ueniũt, potius ut docti uideamur, q̃ ut fideliter doceamus, possem hic magnã opinionũ syluã Lectori studioso offundere, sed quid ad Mercuriũ? Cuiuslibet est, nugari quiduis, uerũ ad rem attinẽtia dicere, paucorũ. Hoc unum uere magis q̃ arrogãter dixerim, paucos esse nostra ætate musicos, qui uel de melorũ generib⁹, uel de horũ modorũ aut cõstitutione aut affectibus, dignũ aliquid antiqua traditione in medium adducere queant. Præsertim eos qui huiusmodi negociũ profitent̃, planeq́ μουσικώτατοι sibi interim uideri uolunt, cum δὶς διὰ πασῶν a musis absint. Q̃d si, ut Seuerinus putat li. 1. solus is est uerus musicus, qui ratione perpẽsa, canendi scientiã nõ seruitio operis, sed imperio speculationis assumit, pape q̃ paucos hodie uidebis musicos, dispeream, si nõ hæc auis uel etiã coruo albo rarior est. Sed ad hoc relapsæ sunt bonæ disciplinæ, quas liberales appellant, ut a nemine minus colant̃, q̃ ab ijs, qui ex eis quæstum faciunt. De his uulgo dictis magistris loquor, qui cum pro septẽ illis inclytis disciplinis, de quibus aliqui uix superdimidiam norunt, spinosam quandã sophisticen inculcent, nihilominus tamen titulo earundẽ artiũ magnã pecuniam emungunt, a discipulis quos stolidiores reddunt q̃ acceperunt, perinde ac si nihil referat professionis suæ artes sciant, an ignorẽt, modo titulum habeant, modo capitiũ purpura splendidũ, etiã si a cerdone sordidissimo nihil uel sermone, uel scientia, adde postremo moribus, ne unciola quidem

 differant.

differant. Cæterũ si singulis artibus & disciplinis id ueneni irrepserit, cõniuendum nostro hoc in negocio fortassis præstiterit, doleo tamen plus iniuriæ accidisse huic, ꝙ in ea sero sapimus Phryges, cũ interim omẽs aliæ disciplinæ, bonæqꝫ literæ reuiuiscant, leuentur, refloreant, sola, & ipsa unica Musica, quæ oscitantes excitat, ipsa oscitans, neminẽ leuantẽ habet, eleuantes ꝗꝫ plurimos. Sed nos interim ad institutũ nostrum, a quo paululũ digressi sumus, redeamus. Meminisse ante omnia oportebit eorũ, quæ supra retulimus, septẽ esse diapason consonantiæ species, quas maxime his duobus nostri differre aiunt, semitoniorũ uario loco, & diatessaron ac diapente consonantiarum diuersitate, qđ ex his duabus cõfletur diapason. Ea igitur species diapason quæ ex proslambanomene ad Mesen porrigitur, Hypodorij systema est. Quæ ex hypate hypaton ad paramesen, Hypophrygij. Quæ ex parhypate ad triten diezeugmenon, hypolydij. Quæ ex lichano hypaton ad paraneten diezeugmenon, Dorij. Quæ ex hypate meson ad neten diezeugmenon, Phrygij. Quæ ex parhypate meson ad triten hyperbolæon, Lydij. Quæ postremo a lichano meson ad paraneten hyperbolæon, mixolydij. Quando uero totum hoc spaciũ a proslambanomene ad neten hyperbolæon, nõdum completum est, nullum enim systema nominauimus a mese ad neten hyperbolæon, Ptolemæus hypermixolydium tonũ octauum in has chordas, nihil a primo differentem specie, constituit, omniumqꝫ chordarum spacium, quod disdiapason systema complectitur, oppleuit, ne extrema chorda, & hæc ipsa unica exularet. Sed huius traditionis sit hæc subiecta descriptio.



Disdiapason systema maximum
Octo Toni
Hypodorius
Hypophrygius
Hypolydius
Dorius
Phrygius
Lydi us
My xo ly di us
Hy per mi xo ly di us
Syste mata dia pente binis ubiq; tonis com munia
Nete hypermixolydij.
Nete mixolydij.
Nete Lydij.
Nete Phrygij.
Nete Dorij.
Nete Hypolydij.
Nete hypophrygij.
Nete hypodorij, Proſ. Hypmix.
Proſlambanomene Mixolydij.
Proſlambanomene Lydij.
Proſlambanomene Phrygij.
Proſlambanomene Dorij.
Proſlambanomene hypolydij.
Proſlambano. hypophrygij.
Proſlambanomene hypodorij.
Nete hyperbolæon.
Paranete hyperbolæon.
Trite hyperbolæon.
Nete diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon
Trite diezeugmenon.
Parameſe.
ΜΕΣΗ.
Lichanos meſons
Parhypate meſon.
Hypate meſon.
Lichanos hypaton.
Parhypate hypaton.
Hypate hypatons
Proſlambanomene.

DE TONORVM COMPARATIONE. CA. VIII

INter hos tropos, Dorius, Phrygius, & Lydius eminẽt, & ꝗ a gẽtibus noĩa habẽt, q̊ significat plurimum eos in usu fuisse, & qd' ad affectus tollendos aptiores sunt. Inde & eos duces & αὐθέντας appellatos putant, tres alios, Hypodorium, Hypophrygium, & Hypolydium, subiugales & comites dictos, ꝗ non tam incitant, q̃ sedant animi affectus. Mixolydiũ autẽ appellatum aiunt, ꝗ lydio facillime cõmisceat, id quod de omnibus modis constat, ex uariatione semitonij minoris, saltem in diatonico uariari & systema, ut sileam interim ex diatessaron, & diapente cõsonantiarũ diuersitate hoc idem fieri. Hæc sunt quæ apud antiquos fuisse certũ est, quo uero modo tropos illos fidibus, syllabis, & pedibus, saltationibusq; aptarint, ut nunc irritarent, nunc placarent, id satius conijci q̃ doceri posse crediderim. Videmus tale quippiam in Symphonistis, de doctis loquor, qui statim hominem irretiant, nonnunq̃ ad fletum perducant, cæterũ ita alliciant, ut nunq̃ saturum animum faciant, aut nauseam auditui, sensui alioqui petulantissimo, quippe qui momento fatigatur. In Poetis quoq; quis nescit eadem accidere? Quidam enim sunt, cum intrinsecus contempleris phrasim & sententiam, adeo hominẽ rapiunt, adeo excitant, ut lectorem sibi surripiant, sæpe in lachrymas, sæpe in risum commoueant, nunc irascentem, nunc miserantem te faciant, idipsum certe uel pedibus, uel apto uerborũ melo, deniq; & alto ingenio, multiplici uarietate, agere consueuere. Facile igitur persuasum est mihi quod omnes docti fatentur, Poetæ Musicen utilem, dixissem pene necessariam. Adde quod cum Poetis

Symphoniſtæ,& pictores hoc cõmune habent, aliquid ingenioſe facere,quo uel perpetuo oblectẽt, uel animũ ipſum hominis mire afficiant. In hiſtrionibus uero longe aliud quippiam, utpote qui maxime ſtupidos & uulgares incitant commouentq; affectus. Qui tamen ipſi,aliud ad choream, aliud ad menſam tinniunt. Sed puto, natura in his maximũ præſtat momentũ,uidelicet qua deſtitutus, quantumcunq; artis adhibeat,ingratus theatro diſcedat. Vnum pene exciderat magnopere ad rem pertinẽs,diſplicere mihi, q, multi temere auſi ſunt,omnia antiqua innouare, aut nouis æquare,ut nihil apud antiquos fuerit, quin hodie ſimile quid dare conentur. Dorium poſco,primũ noſtrum occinis tonum,peto Hypermixolydium, octauum noſtrũ prodis, genus chromaticũ deſydero, inſuaue neſcio quod chordis crepas,proinde audaculi illi iudicandi, cum omnia ignorẽt, omnia ſcire uideri uolunt.

QVAE NOSTRA AETATE SIT HORVM MODORVM VSVS. CA. IX


Vnc uero ordo expoſtulat,ut quæ noſtra ætate muſici doceant,explanemus. Eccleſiaſtici nanq; octo ſimiliter,ut antiqui,tonos facientes, in pares,& in impares diſtinxerunt. Impares dicunt primum,tertium,quintum,& ſeptimum. Pares, ſecundum, quartum, ſextum, & octauum. Rurſus cum eodem modo, quo priſci,cuilibet tono diapaſon ſyſtema attribuant,impares aiunt,totum diapaſon ambitum habere ſupra chordam ſtatiuam,quam & finalem appellant,pares uero ſolum diapente ſupra eandem ſtatuere, diateſſaron uero infra eandẽ chordam collocare. Chordas ſtatiuas quatuor has claues

uocant,in quibus commode poteſt omnis cantus ſuum ha
bere finem. D ſol re, primi & ſecundi tonorũ. E la mi, tertij
& quarti. F fa ut, quinti & ſexti. G ſol re ut, ſeptimi & octa-
ui, ea certe conſtitutione, ut qui impares ſint, totum diapa-
ſon ſyſtema ſupra eam finalem chordam habeant, quod
ſingillatim ſic accipe. Primus enim tonus, chordam habet
finalem D. aſcenſus igitur eius eſt uſq; ad alterum d. Tertij
finalis clauis eſt E, idcirco aſcendet ad e acutum. Quintus
eodem modo ex F in f expatiatur. Et poſtremo ſeptimus
ex G in g. Alij autẽ qui pares nominant', diateſſaron infra
eam chordam habent, diapente uero ſupra, quemadmodũ
ſecundus, cuius ſedes eſt D, cũ primo tono cõmune, diapen
te quoq; cõmune ex D, in a cum illo habet, ſed diateſſaron
in A magnum detrudit, ita quartus in E, ubi & tertius fini-
tur, cum quo & diapente in b clauem extenſum, commune
habet, diateſſaron in B porrigit. Eodem modo ſextus cum
quinto in F exit, diapente cum illo in c leuatum, commune
habet, diateſſaron tamen depreſſum in C habet. Poſtremo
& octauus in D protrudit, tollit uero diapente, quod cum
ſeptimo commune habet, in alterum d. cantus ſuos finiens
in G pariter, ut ſeptimus. Hos igitur quatuor tonos aiunt
mediatos arithmeticως, quod diateſſaron infra diapente
habeat, & proinde ſymphoniæ ineptum. Reliquos uero
qui ſunt de numero impari, mediatos Harmonicως, quod
diapente infra diateſſaron conſtituant, & proinde aptum
melo. Primus ſiquidem tonus ex D in d, protenſus, dia-
pente in a exiguo finit, tertius ex E in e, expatians, diapen-
te in b protendit, ita quintus in c, & ſeptimus in d diapente
terminant, omnes autem diateſſaron ſupra diapente loca-

tam

tam habent. Quod utcunq; his notulis commonſtrandum duximus.



Primus tonus. Tertius. Quintus. Septimus.



Secundus. Quartus. Sextus. Octauus.

Atqui ordines noſtrorum tonorum non omnino cum antiqua traditione concordant, abeſt enim hypermixolydius, cui certe noſter octauus, eleuatione nō uidetur quibuſdam reſpondere, q̃ꝗ a primo noſtri eum ſegregent, quod diapente ſupra diateſſaron habeat, cum contra primus tonus diateſſaron ſupra diapente collocet. Verum id longe magis mirandum, quod ſextus, & ſeptimus eandem habent diapaſon ſpeciem. Hic tamen duplicem muſicorum noſtrorum diligentia differentiam inuenit, unam quod inuerſa habēt ſyſtemata, alteram quod ſextus συνημμένων tetrachordon habet, ſeptimus διεζευγμένων. Ad hunc igitur modum noſtri muſici ſuam ſententiam abſoluunt, in quibus ſunt, quæ fortaſſis, ſi non Iſagogen ſcriberemus, nec iniuria impugnare poſſemus, ſed nos ad alia conſultſo eſtinamus.

De fine,

DE FINE, EXPATIATIONE, AGNITIONE, ET PERMIXTIONE TONORVM. CA. X

Finis cantilenarũ omnium est uel in re, uel in mi, uel in ut, sed in ut, bifariam, uel in ut, synemmenon, aut dieçeugmenon, in re, sunt tonus prim⁹ & secundus, in mi, tertius & quartus, in ut, synemmenon quintus & sextus, in ut, dieçeugmenon septimus & octauus. Quoties uero tonũ dicimus finiri in aliqua claue, cantum eius illic deponi intelligimus. Proinde nõ est opus, ubicunq; cantus finitur, longa attentione, si, cuius toni sit, iudicare uolueris, dum diapason speciem attendas, quo modo supra diximus, quod ideo libẽter sæpe admonemus, quoniam cantus positionibus uariantur. Non enim omnis cantus toni primi & secundi in D finitur, sed nonnunq̃ etiã in a & d, frequentissime uero a Symphonistis in G, non tamen absq; fa, in b claue per Tetrachordum synemmenon, quod potissimum ea ratione faciunt, ne uoces extra Guidonis scalam ponere cogantur, dum uox ima frequenter cum media diapason sonet, cõmodius arbitrati fieri, in scala comprehendi q̃ extra scalam expatiari uoces. Quanq̃ hoc consilium sanum magis est, q̃ necessariũ. Quippe quæ possent extra scalam quoq; locum habere. In ecclesiasticis uero cantibus non est opus transponere cantus propter unam uel alteram uoculam fictam, quæ consuetudine nonnunq̃ potius q̃ ratione introducitur. Ita consimiliter tertius & quartus, non solum in E, sed etiam in a, suas cantilenas finiunt, modo b claui fa apponas, nonnunq̃ uero (q̃q̃ hoc scioli quidam ausi sunt scribere) in b, repugnant enim systematibus illorũ & supernæ, & infernæ claues, quod facile is uidet, qui naturam

qui naturam ſyſtematũ nõ ignorat. Quintus item & ſextus nõ ſolum in F, ſed & in utroq; C c cantus ſuos finire queunt, manente ſyſtemate utriuſq; immobili. Verum pro cognitione tonorum ſolent regulas quaſdam adiungere, quas nõ piguit aſcribere, at leuiter tanq̃ offulam libantes. Cantilenæ igitur primi toni (inquiunt illi) frequenter ex re, in la, ſaliunt, ſecundi ex re, in fa, tertij ex mi, in fa, quod ab eo ſexto diſtat, quarti ex mi, in la, quinti ex ut, in mi, & deinde in ſol, ſexti ex fa, in la, ſeptimi ex ut, in ſol, octaui ex ut, in fa. Quod in cantilenis eccleſiaſticis facile uidere quis poterit. Hæc de fine & agnitione tonorum, in quibus plus uſus ſpectari debet, q̃ tot noſtrorum muſicorum præceptiones plane pueriles. De expatiatione ſiue ambitu ex dictis quoq; facile eſt iudicium ferre, quiſq; enim tonus diapaſon complectitur, q̃uis frequenter & infra & ſupra, nonnunq̃ utrinq;, tonus addatur, id quod uidere eſt pene in cantilenis omnibus. Admonendum tamen hoc, principio cantilenas adeo ſimplices fuiſſe apud primores eccleſiæ, ut uix diapente ἄρσει καὶ θέσει nonnunq̃ impleant, cui conſuetudini proxime accedunt Ambroſiani. Deinde paulatim ceperunt magis expatiari, ac luxuriari ſonis, ita ut poſtea non contenti diapaſon, ſed diateſſaron, nonnunq̃ diapente cum diapaſon coniunxerint, forſitan ut permixtim duorum tonorum ſyſtemata colluderent, in una cantilena, nonnunq̃ ultra exilirent, quod tamen licentia plæriq; fieri clamitant. Eiuſmodi exempla in ſequentijs, quæ uocant, plura uidemus. Ad hanc etiã formã Petrus Platenſis, Symphoniſtes noſtra ætate clariſſimus, ſeptimum tonum cum octauo in unam cantilenam pulchre coniunxit. Et Iacobus Hobrechth ingenioſiſſimus primum

& ſecundum. Quoties autem hoc fit, dicuntur permiſceri toni, quod facile uidebit qui diapaſon ſpecies memoria tenet. Quod ſi ſunt cantus a regula liberi, ij bono Muſico non minus noti eſſe poſſunt q̃ꝫ optimi, eiuſdem enim eſt bene & male canere. Sed de his hactenus. Nunc uero ſubiungamus tonorũ formulas, quibus pſalmos ipſos finiunt, nonnihil etiam, quod plus, q̃ꝫ oportuit, fecimus, tempori noſtro inſeruientes. Sunt autem communi uſu hæ.




Primi. Secundi. Tertij. Quarti.



Quinti. Sexti. Septimi. Octaui.

Nec me multũ mouet quod plærıqꝫ facere ſolent, modium differentiarum effundentes, quas neſcio qui excogitarunt curioſi plus, q̃ꝫ bene attenti, cum hoc certe cuiuſlibet ſit, tum quod aliarum nationum, aliæ ſint formulæ tonorũ, & proinde aliæ differentiæ, tot pene, quot moroſi cantores, quibus qui uelit, quæ placeant, præcepta ſcribere, idem is iungat uulpes, & mulgeat hyrcos. Sed & intonationes tonorũ uariæ ſunt, non ſolum regionum diuerſarum, ſed & unius, immo una nonnunq̃ꝫ urbs, unumqꝫ templum libris & conſuetudinibus uariat. Volo tamen quæ uſus habet, hoc modo ſubiungere.



I

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.



II

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.




Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.



III

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.




Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.




IIII

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.



V

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.

VI 

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.

VII 

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.

VIII 

Dixit dñs dño meo, ſede a dextris meis. Credidi ꝓpter qđ locutus ſum.



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dominus deus iſrael.

Nec interim libet meminiſſe formas uerſuũ in cantibꝰ eccleſiaſticis, q̊s Introitus, Tractus, Alleluia, & Reſponſoria uocant, cõtentus, uel tantũ uſui indulſiſſe. Qꝫ ſi tñ quis eſt, qui omnino illa habere uelit, a me nõ expectet, moneo, ſed hæc apud alios inquirat. Ego abunde ſatis factum negocio puto, dum noſtrum hunc laborẽ, tam ſuccinctum, ꝗ̄ eum qui breuiſſimus eſſe poteſt, ſtudioſis placuiſſe intelligam.

ΤΕΛΟΣ.

IN LAVDEM CITHARAE ET MVSICES EIVSDEM GLAREANI CARMEN.

Gaudebam lepidas cithara crepitante camœnas
    Tangere, & argutæ fila canora lyræ.
Cornibus hymniferum tollit caput illa reduncis,
    Ceu cultos uideas ludere ſæpe capros.
Et querulum collum clauo ſubmugit eburno,
    Ventre latent blandi corpora mille ſoni.
Admiror ſonitus, æquataq; fœdera pacis,
    Cur medio ſummum concinet atq; graue.
Murmurat ima graui, dum tangis, chorda ſuſurro,
    Reſpondetq; leui pulſa ſuprema ſono.
Deniq; quæ tremulis uenit hinc ſymphonia phthongis
    Mulceret fauces cerbere ſæue tuas.
Et num te reticem ſacer ac diuine Poeta
    O Dauid querulæ gloria rara lyræ.
Munera Dalmatico tua ſunt maiora metallo,
    Et meliora tuis pigre Sabæe focis.
Orphea commemorant cithara traxiſſe leones,
    Et teſtudineo ſaxa fidiſſe ſono.
Te quoq; cum regno Pluto mulcebat opaco,
    Euridicen cogit reddere docta chelys.

O quo te memorem cantu dulcissime Arion,
Ad cuius pulsum monstra marina ruunt.
Et Thamiras musis, contendit Marsya Phœbo.
Contendunt numeris ordine quiqꝫ soni.
O q̄ꝫ dulce melos, uiuat iucundus Iopas.
Et cum Terpandri timotheæa lyra.
Stridula semiferæ Chironis barbyta, nuncq̄ꝫ
Dircæi uatis carmina laude carent.
Hoc sanctum donum, hoc nobis uenerabile munus,
A superis ceptum, tu quoqꝫ Phœbe dabas.
Et mihi persuasi citharam claro æthere lapsam,
Quippe puto modulis pulchrius esse nihil.

τέλος.

Errata huius Isagoges paucula quædam postq͡ relegeramus annotauimus. B .1. pagina. 2. linea. 4. a fine. Sic lege, quod notissima sunt, arithmeticæ non ignaro. C. 1. pag. 2. linea. 5. post figuram, lege nouo, pro nono. C. 2. pagina. 1. linea. 9. & sequentibus octo, numeri per fœmininum male uersi, totum igitur negociũ sic lege, uelut. 12. ad. 6. uel. 24. ad. 12. Diapente uero cum diapason in tripla, ut. 18. ad. 6. uel. 24. ad. 8. Disdiapason in ratione quadrupla, ut. 24. ad. 6. Deinde & diapẽte in sesquipla, ut. 9. ad. 6. 12. ad. 8. uel. 18. ad. 12. 24. ad. 16. Et diatessaron in sesquitertia, uelut. 8. ad. 6. 12. ad. 9. uel. 16. ad. 12. 24. ad. 18. C. 3. pag. 2. linea. 14. lege æqua. D. 3 pagina. 1. linea. 15. lege, proinde audaculi illi iudicandi, qui cum omnia ignorent, & cætera. Eadem pagina in titulo male QVAE pro QVI positũ est. D. 4. pagina. 1. linea. 4. post figuras lege q͡ꝫq͡ a primo nostri enim segregant. D. 4. pagina. 2. linea. 3. a fine, lege nunq͡ uero, pro nonnunq͡ uero. hunc errorem non parui æstimo, cum contra auctoris mentem pressa sit. Cætera diligens lector facile emendabit.



